fructus vberes. Et Maremagnum fratrũ Minorum quod habetur in libro Monuméta Ordinis & incipit. Regimini vniuerſalis Eccleſiæ. &c. Et tandem fecit Maremagnũ ſratrum Minimorum, vt habetur in Supplemẽto: & poſt eum Iulius ſecundus, aliud fecit Maremagnum eiſdem Minimis. Aduertendum eſt, ꝙ prædictus Pontifex inſingulis priuilegiorum compilationibus [quę Maremagnum vocantur] declarauit, qui ſunt caſus, & exceſſus, propter quos fratres merito eſſent deſtinãdi ad ſedem Apoſtolicam, & vt aliasdĩ mittamus ordinum Mendicantium compilaitiones, noſtrum Maremagnum ſic habet. Prę terea quia idem Clemens prædeceſſor in dictis ſuis literis Generali, & Prouincialibus miniſtris, & eorum Vicariis, ac Cuſtodibus, abſoluendi fratres eiuſdem Ordinis, nec nõ fratribus dicti Ordinis, quos ipſi Miniſtri, Vicarii, & Cuſtodes habuerint pro tempore in cõfeſſores abſoluẽdi ipos Miniſtros Vicarios & Cuſtodes abexceſsibus & cẽſuris [niſi talia perpetraſſent propter quę eſſent merito ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi] ac cũ eis deſuper diſpenſandi, facultatem concedit: & propterea qui ſint deſtinandi, perſæpe reuo-